



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. Quinam præterea beneficia conferre possint, vel non possint?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Forum beneficiorum Episcopo demandata est, tanquam suæ Diocesis Pastori ordinario, ita, ut fundatam in jure intentionem habeat, super collatione beneficiorum suæ Diocesis, & qui alius sibi hanc potestatem arrogat, probare eam debeat, ita interest Capituli, quales Concanonicos & fratres habeat, ut merito hujus saltem consilium, si non consensus, quod multi putant, requiratur. Satis tamen de his videtur providisse consuetudo, uti & circa Canonicatus & præbendas Ecclesiarum collegiatarum, quarum collatio de jure communi ad immediatum illius Ecclesiæ Prælatum, & collegiæ Ecclesiæ Capitulum spectat. Servanda tamen sunt etiam in his, consuetudo recepta, aut specialia statuta.

Extenditur autem meritò hoc, quod de Episcopo dictum est, ad alios etiam Prælatos, qui similem Episcopali jurisdictionem obtinent, & pleno jure exempti sunt ab Episcopo, etiam quoad populum, quòd scilicet etiam his independenter ab ordinariis locorum, conferendi beneficia, in sua quasi Diocesi, jus competat; ob rationem similem cum illa, quæ pro Episcopis pugnat: & hinc Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum, jus habent conferendi beneficia.

§. III.

Quinam præterea beneficia conferre possint, vel non possint?

Resp. primò qui est in possessione juris conferendi beneficia, licet & validè ea conferre potest, licet penes eum

non sit proprietatis; modò sit bonæ fidei possessor (cùm collatio sit quælibet). Quis juris conferendi, fructus autem bonæ fidei possessorem pertineant, ut removeri non possit ille, cui à bonæ fidei possessore collatum est beneficium, quamvis postea constet, ad alium proprietatem pertinere.

Resp. secundò probabilius esse, quod possit etiam sequester rei litigiosæ, & annexa potestas conferendi beneficia, te pendente, conferre beneficia, quorum jus penes à Jure sequestratum est, modò Clericus sit; ad redimendam enim administrationem, quam sequester talis nomine Judicis, seu fidei commissarii circa rem sequestratam habet, ut patet ad temporalia, quàm quoad spiritualia, requiritur, ut jura illius exequatur, quæ est etiam jus conferendi beneficia.

Resp. tertio, laicum non potest conferre beneficia de jure communi, tantùm in perpetuum, sed nequid tempus, cùm potestas conferendi beneficia sit potestas spiritualis, cuius per se incapax est, ita ut nec consuetudine, nec præscriptione immemoriali acquirere eam possit, cùm non possit eam quasi possidere, c. Capitulum 7. De præscript. & qui ab ipsis beneficiis accipiant, sint excommunicati, c. qui 16. Causa 16. q. 7. & collatio immemorialis. Quòd autem de jure patet. Patet quidem aliqui, ex speciali privilegio Pontificis concessam eam fuisse aliquibus Imperatoribus v.g. Regibus & ducibus, tamen relictis eam dixeris præsentationem, sive jus præsentandi, quod admitti debeat à superiore inferiori.